Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Acetum est vinum mortuum

Vnde acetum, vinum esse mortuum, asseruerat. Huic
quidem sententie blandiendo allludit propterea sed amicos
eius frustra, acetum esse oppositum, ex caliditate et
frigiditate. Et ambe substantie sint subtiles. tum
frigida et magis dominans. Et Aurois quinto
colligit. licet ait, in acetum et substantia frigida
dominans propter suam acetositatem. tum in eo est pars et
ignea propter suum acrimen. quod quidem est propter fortem
siccitatem non modico calore. Et ame dicit galienus
primo simplicium, ut prius. distinctum tria. Quod
aliquid ignium pleris acuti possit separari. sicut in
lacte hoc videmus fieri. in quo dense ad sensum
apparent substantie. butyrositas. caseitas. serositas.
tas. Et non inuenimus aliquid in acetum hymoi.
Vnde per longum locum in allegato. galienus pulcre
ostendit. opinionem ypocratis. Ad hic tacendum.
Ad vinum complexionis accedamus. de quo ysaac sed
practicum dicitur. Omne enim ait vinum in principio
est dulce. sed si coquitur calore solis et aeris.
et bulliens non habuerit vim qua custodiatur
putrescit eius liquor. et in acetositatem vertitur.
Ideoque acetum infrigidat in primo gradu. Et simile
in tertio Aurois vero, quinto colligit duo.
acetum frigidum in sicco. et simile in tertio. Quibus
verbis ysaac intellexit de eo, quod non dum antiquum
est. Aurois vero, perfectum volt, de eo acetum, quod
maxime vetustum est. In illo namque eo tempore
plurimo, vinum esset factum acetum. propter caliditatem